

Sic si aurifaber nescit aurum capax esse ipsarum operationum, quas ipse meditatur inducere, nunquam de ipsis operationibus consilium inire potest.

4. quod est ci-
vitas: cuj9. Estq; illud ἡ πόλις sive Civitas. Cui per Media inducitur felicitas, seu quæ beata efficienda. Ac civitatem Politicæ esse Objectum, nullum dubium: quod per totam disciplinam latissimè diffunditur: Quod Respublica tanquam forma in eam introducenda: Quod cetera, quæ hic tractantur, puta legum sanctio principum & magistratum creatio, civium felicitas non unum hominem, sed totam spectant multitudinem.

5. v. partes. Quia vero Civitas est totum aggregativum: ex multis familiis seu societatibus constans, ideo rectè partium, è quibus compositum, explicatio præmittitur: quod aliàs totum ignoratis partibus ignorari necessum est.

6. tum simpli-
ces. Partes Civitates sunt vel simplices & primariæ, vel compositæ & secundariæ.

7. tum compo-
sita. Simplicissimæ societates sunt, conjugalis, paterna & herilis: compositæ vero domus tres antea dictas societates sub se comprehendens: vicus & pagus ex multis familijs constans.

8. 2. ejus for-
mæ Resp.
cujus In civitatem jam Respublica, tanquam finis ejus inter-
nus introducenda, quæ mens & vita civitatis rectè nūcupatur.

9. 9. Qui namq; in Republica vivit, is omnibus frui potest bonis, quæ ab homine expeti possunt.

10. 10. Hinc secundum Philosophum: qui civilis societatis haud amans est, is aut extremè malus est, aut communem humanam conditionem superat, & ad divinam naturam aliqua ex parte accedit; quò referrì possunt sapientes qui rerum pulcherrimarum contemplationibus unicè vacant.

11. 11. Respublica tres explicantur Species: Regnum, Aristocratia, & Politia.

12. 12. Tyrannis namq; Oligarchia, & Democratia specierum vitia sunt sive παρὰ φύσιν, uti à Philosopho indigetantur.

13. 13. Partes Respublicæ duæ sunt: Una imperantium, altera parentium. Respub.

14. 2. partes.